



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et  
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,  
Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

Ad S. Ursulam Virg. et Mart. de natali suo, ... Ad S. Barbaram Virg. et Mart.

...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

ET PADERBORNENSIS POEMATA. I. 57

A D

S. URSULAM VIRG. ET MART.  
de natali suo,

*Qui fuit XII. Kal. Novemb. An. M. DC. XXVI.*

**V**IRGINEAS acies quæ te lux ordine longo  
Ducentem superas vidi inire domos ;  
Auspiciis hæc ipsa tuis , fortissima Virgo ,  
Me vitæ limen vidi inire meæ .  
Hinc Tibi sacra fero , votivaque dona quotannis ,  
Natalemque tuum rite meumque colo .  
Vela Caledonium si te rapuere per æquor ,  
Excepitque tuas barbara terra rates :  
At fera te superis tempestas appulit oris ,  
Optatæque tibi mortis aperta via est .  
Nos quoque jactat hiems , & cum superasse pro-  
cellas  
Credimur , in portu naufraga turba sumus .  
Tu porro secura maris precor , Ursula , portum  
Ut teneat , nostræ dirige navis iter .

A D

S. BARBARAM VIRG. ET MART.

*pro fausto vita exitu.*

**B**ARBARA , supplicibus Virgo non aspera votis ,  
Ultima cum vitæ venerit hora meæ ;  
Et Mors atra suos diducet , & Orcus hiatus ,  
Coget & infernas in mea damna manus :

H